PASSIONALE

11. bis 12. Jh. Seite 2r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26110
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Iste liber pertinet ad sanctum Blasium Si quis abstulerit anathema sit

Incipit vita sancti Augustini episcopi Hipponensis a beatissimo Possidonio edita Calamensi episcopo.

INSPIRANTE RERUM OMNIUM FACTO
re et gubernatore domino. mei memor propositi
quo per gratiam salvatoris omnipotenti ac divinae
per fidem trinitatis servire decrevi. et antea in
vita laicorum. et nunc in officio episcoporum. stu
dens ex qualicumque accepto ingenio et sermo
ne edificationis prodesse sanctae ac verae christi domini
catholicae ecclesiae de vita et moribus predestina
ti. et suo tempore presentati sacerdotis opti
mi augustini. que in eodem vidi ab eoque au
divi minime reticere. Id enim etiam ante nos
factitatum fuisse a religiosissimis sanctae ma
tris ecclesiae catholicae viris legimus et compe
rimus. qui divino afflati spiritu sermone pro
prio atque stilo et auribus et oculis scire volen
tium dicendo et scribendo similia studio
sorum notitiae intulerunt. Quales quamquam
viri ex communi domini gratia in rebus hu
manis et vivere et usque in finem obitus perseve
rare meruerunt. Idcirco ipse quoque dispen
satorum omnium minimus. fide non ficta qua